PHILOBIBLON EX OPTIMIS CODICIBUS RECENSUIT. . VERSIONE ANGLICA NECNON ET PROLEGOMENIS ADNOTATIONIBUSQUE AUXIT ANDREAS FLEMING WEST IN COLLEGIO PRINCETONIÆ PROFESSOR

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649670130

Philobiblon Ex Optimis Codicibus Recensuit. . Versione Anglica Necnon Et Prolegomenis Adnotationibusque Auxit Andreas Fleming West in Collegio Princetoniæ Professor by Richard de Bury

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

RICHARD DE BURY

PHILOBIBLON EX OPTIMIS CODICIBUS RECENSUIT. . VERSIONE ANGLICA NECNON ET PROLEGOMENIS ADNOTATIONIBUSQUE AUXIT ANDREAS FLEMING WEST IN COLLEGIO PRINCETONIÆ PROFESSOR

Trieste

Hoc exemplar ex tribus voluminibus constans unum esse ex editione CCXCVII exemplarium chartaceorum et III membranaceorum, cujus editionis volumen et primum et secundum est impressum mense Aprilis Anno Domini MDCCCLXXXIX, recognoscit Societas Grolieriana.

THE GROLIER CLVB

FOVNDED · NEW · YORK

Aungerville, Richard

Ricardi de Bury

Philobiblon

ex Optimis Codicibus Recensuit

Versione Anglica necnon et Prolegomenis Adnotationibusque Auxit

Andreas Fleming West

in Collegio Princetoniæ Professor

Pars Prima · Textus

Novi Eboraci Typis et Impensis
Societatis Grolierianæ MDCCCLXXXIX

Library Science
Z
992
.A921
1889

v.1

Hanc Editionem
Posuit sub Tutela Legum
Quæ de Proprietate Litteraria Latæ Sunt
Societas Grolieriana
Anno Domini
MDCCCLXXXIX

Copyright, 1889, by the Grolier Club

Monitum

EN! lector benivole! Philobiblon Ricardi tibi trado e codicibus puris et fontalibus ductum ut inde aquas potes viventes ad spiritum refocillandum.

HIc tractatus pulcherrimus quasi testamentum non libros solum sed amorem etiam librorum posteris commendans, quot vicissitudines, quas injurias, quæ indigna per prolapsum temporis est passus! Quomodo Ricardus, etiamsi fuisset propheta, fata sui libelli perspicacius providere potuisset? Nam ejus verba de querimoniis librorum statim audies: Heu!

quam falsis scriptoribus nos exarandos committitis, quam corrupte nos legitis et quotiens medicando necatis quos pio zelo corrigere credebatis! Interpretes barbaros sustinemus multotiens, et qui linguarum idiomata nesciunt, nos de lingua ad linguam transferre præsumunt; sicque proprietate sensus ablata fit sententia contra sensum auctoris turpiter mutilata. Hæc Ricardus. ✣✣✣✣✣✣

Inpollutus ac purus ad nos descendisset textus, si nullatenus transcriptores quidam Germani eum sæculo quindecimo contaminassent. At vix abfuit quin illi, studio plumbeo auctoris ad sensum ipsorum emendandi potius quam quæ Ricardus scripsisset conservandi, Philobiblon ex Philobiblon expulissent; insuper etiam quas injurias tulerunt transcriptores propagavere impressores. Sin autem alias contigisset et permansisset ea codicum in Anglia scriptorum integra et vera traditio, tunc proculdubio vero textu nunquam caruissent lectores. ✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤

Mortuus est Ricardus, at quasi non mortuus, similem enim reliquit sibi post se, ut

vel verba adaptemus Ecclesiastici. Hic filius unicus et superstes est Philobiblon. Imago super tumulum Ricardi ex ære pulchre sculpta jamdudum periit, manerius quoque in quo composuit Philobiblon est dilapidatus et ex illa bibliotheca splendida quis liber adhuc manet? Solus Philobiblon amorem Ricardi erga libros nobis hodie testificatur. Quem pio zelo curavimus ad puritatem priscam restituendum, ut Ricardus mortuus resuscitetur et exhortans, confortans, delectans, immo etiam inspirans iterum nobis de amore librorum loquatur.